

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 123

**Autre(s) référence(s) :** Tabuteau 95

**Auteur(s) :** Roger de Beaumont [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Beaumont-le-Roger, Sainte-Trinité, dépendance Le Bec (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1088-1090]

**Action juridique :** fondation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Charte de fondation de la collégiale de la Trinité de Beaumont-le-Roger et confirmation des donations qui avaient été faites antérieurement.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862, t. 1, p. 170 (extrait) et p. 205-206.
- b. Deville Étienne, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, Paris, Champion, 1912, n° I, p. 1-6.

## Dissertation critique

La fondation et la dédicace ont lieu avant la mort de Guillaume le Conquérant, mais l'acte a été rédigé ultérieurement. Henri n'est comte de Warwick qu'à partir de 1088 ; Gilbert du Pin est tué devant Brionne en 1090.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Rogerus de Bellomonte reddo Deo trino et uno, atque in perpetuum concedo ecclesie sancte Trinitatis de Bello Monte, ad subdium servicium ejus, partem bonorum que mihi divina pietas ad tempus accommodaverat, et hoc pro salute anime domini mei Willelmi Regis expugnatoris Anglie et Normannorum ducis, et uxoris etiam regine Mathildis, et filiorum ejus, nec non et pro salute anime mee et patris mei, et matris et uxoris mee et fratrum meorum et filiorum meorum. Do igitur supradicte ecclesie in mesnillo Herluini terram trium carrucarum ; in Barco terram unius carruce ; in Claro Monte terram unius carruce ; in Nova Villa terram trium carrucarum ; in Fredevilla terram trium carrucarum : terciam videlicet, que erat in Dominio meo, quietam ab omni consuetudine, sicut fuerat in dominio meo ; et prester hoc silvam ejusdem ville, sicut pertinebat ad villam dum erat in dominio meo. Unicuique autem harum carrucarum concedo quater XXti et X agros terre. In Barco iterum concedo unam masuram terre, ubi canonici supradicte ecclesie habeant horreum ad colligendas videlicet communes decimas, concedo etiam de tota potestate Barchi, et de villanis et de bordariis, unde compartum habeo, duas garbas decime ; de Sancto Leodegario Walteri, et de valle Mainerii, et de terra Henrici, filii Osulfi, et de terra Ogerii de Barco, et de terra Willelmi, dispensatoris de Hanseit, et de terra Osulfi, batistarii, et de terra Ansetilli, filii Bosonis et de terris que fuerunt villanorum qui modo sunt in dominio meo, duas garbas decime. De Bello Monte villa et de Bello Montello, ubicumque compartum habeo, et de omnibus meis culturis, et de

terris francorum hominum, que fuerunt villanorum, duas garbas concedo in omnibus predictis villis. De Ovibi Rubee fosse concedo plenariam decimam. De duobus ovilibus de Bello Monte villa, similiter plenariam decimam, videlicet lane et agnorum et caseorum ; de vacariis de Alneto, decimam plenariam. In Salerno terram unius carruce, et de terra Ernoldi et villanorum et bordariorum ejusdem ville, undecumque compartum habeo, duas garbas decime concedo. Item de molendino Salerni, et de procaria, et de ovili, et de censibus, et de foresta, et de pasnagiis, et de forifactoris placitorum, integram decimam dono. De censibus et pasnagiis de Combonio, et de Barco, et de Bello Monte villa, et de Sarchinneio, et de omnibus redditibus de foresta Barchi, et de omnibus redditibus foreste que dicitur Occa scilicet de venatione, de apibus et de omnibus aliis exitibus qui inde exeunt, necnon etiam de beneficiis hominum in illis manentium, et de forifactoris placitorum que exeunt de toto vicecomitatu Bellimontis citia et trans Risilam, et de theloneis. Bellimontis, et de censibus et de ortis et viridariis meis, et de vinea mea inter castrum et ecclesiam sita, et de vineis qui sunt in dominio filiorum meorum, ipsis concedentibus, plenam et integram decimam concedo. Dono etiam decimam de omnibus incrementis que ad cultum venerint tam in silvis quam in agris, et que hactenus nulla habuit ecclesia in supradicto vicecomitatu. De theloneo Mori Burgi VI solidos ad luminare predictæ ecclesie concedo. Concedo preter hec supradictæ sancte Dei ecclesie duos molendinos ad quos videlicet venit moltura de Moro Burgo et de Essartis, et de Sancta Oportuna. Preterea decimam Sancti Pauli de Novo Burgo, et molendinum Osveni cum comuni moltura quam hactenus habuit, in quibus canonici suam molturam habeant, et de aliis molendinis de Bellomonte decimam similiter concedo. In molendinis etiam meis de Stagno modium unum frumenti de dominio meo concedo. De molendino Bresario decimam similiter dono, et in eodem IIIor canonicis molturam suam quietam concedo. De theloneo Bellimontis, de dominio scilicet meo, LXta solidos predictæ ecclesie concedo. Odoni, pictori et canonico, domum suam quietam in prebendam concedo. De aqua Risile XL perticas sancte prefate ecclesie similiter concedo. Servitores canonicorum, qui vivunt de eorumdem re propria, quietos facio ab omnibus consuetudinibus, sicut et ipsi canonici. Alii vero homines canonicorum tales consuetudines habeant in silvis meis et in aliis omnibus, quales habent et illi qui sunt in dominio meo. In forestis meis ubi alii dant pasnagium porcos canonicorum quietos facio. In liberata quam habent burgenses in silva mea ad ligna capienda, canonici habeant asinos et equos duos quietos. Concedo etiam canonicis Sancte Trinitatis feriam constitutam in dedicatione ejusdem ecclesie. Has donationes ego Rogerus, cum prefata ecclesia dedicaretur laudante et concedente domino meo Willelmo Rege, expugnatore Anglie et Normanorum duce, concedentibus etiam liberis meis, Roberto comite Mellentensi, et Henrico comite de Warwic, in assensu et presentia Willelmi venerabilis Rothomagensis archiepiscopi, et Gisleberti Ebroicensis episcopi, et Gisleberti Luxoviensis episcopi, testantibus Roberto Normanorum duce, et Roberto filio Anchetilli, et Rogero de Thiboltvilla, fratribusque suis, Radulfo et Fortuno, et Willelmo, dapifero, de Formovilla, et Martino de Pinu, cum Gisleberto filio suo et Roberto de Bonesboz, et Willelmo de Alto villari, et Roberto Pipart, et Roberto de Valle, et Roberto de Scameltot, et Radulfo vicecomite, et Theoderico de Alneto, cum Radulfo, filio ejus, et Rannulfo de Bigarz et Osberto Mansionario et Hugone Janitore ; et preter hos multis aliis, quos enarrare longum est.

Procedente autem tempore præfatus Rogerus de BELLOMONTE dedit supranominatæ ecclesiæ S. Trinitatis et canonicis ibidem constitutis ecclesiam S. Nicholai de BELLOMONTE, et ecclesiam S. Leonardi, et ecclesiam S. Crispini de BARCO, et ecclesiam S. Albinus de Bellomonte, cum terris et decimis et omnibus aliis rectitudinibus prædictis ecclesiis pertinentibus, concilio et assensu prædicti Gisleberti Ebroicensis episcopi. Et præter hoc terram ubi fuit vinea Odonis pictoris, et duas mansiones duorum canonicorum super calceiatam vivarii, et duas domos in NOVO BURGO concessit prædictæ ecclesiæ S. Trinitatis.